



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Patefacit animorum arcana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

reddet pro me Christus Iesus: quare ignoscatis mihi: ego quoque frater vester sum, ac preces pro vobis quotidie facio. Quibus quidem illi precibus permultum confidebant: nec im merito iis adscripsere ingentia sibi à Deo tributa dona, ac nominatim ut integra semper, ac summa alacritate haud parum longo tempore eius necessitatibus inseruissent. Quanquam & facilitati, qua se planè velut infantem dulcissimum tractādum eis præbebat: & modestiæ, qua quicquid opus haberet, non imperabat, non comiter faltem petebat, sed per amorem Dei, velut emendicans rogabat, illa curantium iure imputetur, & perennitas, & magnitudo alacritatis. Accedebat & opinio sancti-  
Pater facit ani-  
morū arcana.  
 tatis. Vni eorum, quæ prorsus abdita in animo, & arcana habebat cum Pater patefecisset, existimauit is haud temere, nec alia eum fallere. Inde quoque visus est futura prænosse. Inchoarat septembris initio volumen Sanctorum vitas ex eo tempore ad finem anni complectens, partimq; perse lectitans, partim ex Anagnoste audiens, eo pergebat animo, vt pariter cum anno volumen euolueretur. Huius consilij gnarus Anagnostes translire vitas quasdam volebat, negans alioqui præ-  
Constantia in  
beneceptis  
summa  
 stituto.